

## HOMILIA IV.

Sub metaphora castelli varia Virginis encomia proponuntur in illa verba: Intraivit Iesus in quoddam castellum.

Castelli metaphoram, ut alius repetamus, duo praemittimus, a nomine ipso inchoantes. Primum est, castellum idem esse, quod castrum filium, ut tradit Glossa (*super cap. 10. Lucae*). Secundum est castellum diminutivum esse Castrum, ut docet noster Bernardinus Buisen. (1. *quaest. serm. 2*), per quam diminutionem humilitatem congrue significari ait. Nemo autem ignorat, castitatem, et humilitatem in Virgine praecipue enitere, quae tanquam vallum inviolabile, et murus, et antemurale fuere inexpugnabile huius Mariani Castellum. Murus, castitas; antemurale, humilitas exitit, quia male tuta castitas, quam non munit humilitas; nec satis decora humilitas, quam castitas non exornat. Certe intestinis hostibus libidinibus, et lasciviae castitas resistit, petulantium vero daemonum, et mundi humilitas tendit. Ut autem luculenter aperiamus, quam apte castelli metaphora in Virginem conveniat, a sex praecipue excellentiam, et commendationem castelli petendam censuimus. Ab architecto, seu fundatore, a situ, a fortitudine, a fidelitate, ab annona, ac tandem a facultate, et potentia ad protegendum, et subveniendum confugientibus ad illud. Haec omnia perstruam in b. Virgine inveniantur, ut ea quae apponantur, non obscure indicabunt. Fundator eius Christus Dominus fuit, Davide dicente (*Psal. 36*): *Ipsa natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus*. Quatenus enim Deus eam creavit, et quatenus homo, ab ea procreatus fuit. Non aedificavit hoc Marianum castellum insignis architectus Durerius, non Serlius, non Vitruvius, non Phyllo, non Dinocrates, aut quisquam alius veterum architectorum; sed solus ille, qui fabricatus est auroram, et solem, artifices, et architectus eius exitit. Unde si Alexandria a suo fundatore Alexandro, Numantia a Numa, Roma a Romulo eorum fundatoribus, magnam nominis gloriam mutuarunt; incomparabiliter maior erit gloria huius Mariani castelli, quod fundatore habet ipsismet Deum (*Psal. 45*): *Ipsa fundavit eam Altissimus*; et quod excelentius est, ipse illud sibi consecravit (*Ecl. 24*): *Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus*; immo et corporaliter inhabitavit: *Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo*. Ecce fundator Mariani huius castelli. Attendite nunc situm eius. Elegit certe divinus architectus ad castelli huius constructionem situm natura multissimum, et fundamento iaciendo accommodatissimum, quem mihi apte describit, et delineari videtur apud Matthaeum (*cap. 7*) agentem de viro sapiente domum aedificante, dum permansuram: *Sapiens iste vir, ait, aedificavit super petram, et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et non cecidit*. Cuius rationem red-

dens continuo subiungit: *Fundata enim erat supra firmam petram*. Palam est, sapientem hunc virum esse Dei sapientiam aeternam, divinae omnipotentiae coniectam; idcirco dixit non solum sapientem, sed sapientem virum, quod nomen constat a viribus, et virtute deductum. Domum vero, quam ab aeterno sibi mente construxerat, Mariam esse satis constat. Quid enim fuit, quod illam potuerit ab amore Dei dimovere? quid de statu constantiae delicere? quid in adversis deprimere? in prosperis efferre? Descendit imber afflictionum, inundaverunt aquae omnes persecutionum, nam ipsa in filio passa est, quicquid in se filius sustinuit. Flaverunt venti; maledictentiae irruerunt in illam: non modo non cecidit, sed nihil quidem concussa fuit. Quare putatis? quia fundata erat super firmam petram, hoc est, supra Christum, quem petram appellavit d. Paulus (1. *Cor. 10*) propter firmam eius soliditatem: *Petra autem erat Christus*.

Laudatur praeterea castellum ab eximia eius fortitudine: haec sane non desideratur in Mariano isto castello. Cum enim b. Virgo omnium virtutum genere fuerit insignis, atque praecleara, fortitudine carere non poterat, quae earum defensatrix est, ut ait d. Ambrosius (*lib. 1. Offic. cap. 39*): *Non est, inquit, mediocris, nec diserta a ceteris animi fortitudo, quae bellum cum virtutibus gerat; sed quae sola defendat ornamenta virtutum omnium, et iudicia custodiat, et quae inexpugnabili praesto adversus omnia vitia decerlat*. Atque hinc est, ut id obiter dicam, quod in sacris literis observavi, reliquis virtutes fortitudinis, velut praefixo monti exornari. De fide enim d. Petrus (1. *Pebr. 5*) ait: *Cui resistite fortes in fide*. De spe d. Paulus (*ad Hebr. 6*) inquit: *Confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animae tutam, ac firmam*. De charitate Salomon dixit (*Cant. 8*): *Fortis est, ut mors dilectio*. De prudentia Iob (*cap. 12*) scripsit: *Apud ipsum est sapientia, et fortitudo*. De castitate (*Proverb. 31*) legitur: *Accinxit fortitudine lumbos suos*. Ecce virtutes tam theologiae, quam morales, fortitudine, velut ornamento condecorantur. Ad rem tamen nostram rediens, non potest non magna esse huius Mariani castelli fortitudo, cum super septem plusquam aeneas columnas divinus Architectus illud aedificaverit, Salomone dicente (*Eccles. 7*): *Excidit columnas septem, hoc est, septem deo Spiritus sancti: vel certe virtutes septem, tres theologice, et quatuor cardinales: vel tandem determinate ait, septem, ad perfectionem sanctitatis Virginis magis declarandum: quia septenarium numerum plenitudinem, et perfectionem designare, tam natura, quam sacra Scriptura celebrant, prout adnotarunt d. Basilium (*in Exam.*), Hieronymus (*sup. Amos*), Clemens Alexandrinus (*lib. Strom.*), Gregorius (*in suis Moral.*), nec non Macrobius (*de somn. Scipion.*). Natura in primis septenario numero gaudere videtur, nam infantium septimesimum felices partus indicantur. Primo septennio rationis usum compleri solet: secundo septennio, tum perfectior ratio, tum potentia generationis accedunt: tertio tandem septennio incrementi fi-*

nis adest. Haec natura docet. Sacra vero eloquia septem spiritus angelicos divinae Maiestati assistere commemorant: remissioni peccatorum septenarium numerum in eis sacramentum nemo ignorat: septimo etiam anno legitur fieri consuevisse remissionem plenam omnium debitorum, in cuius figura Naamam Syrus septies se lavit in Iordane, iuxta praeceptum Helisaei. Hinc Petrus ad Christum Dominum (*Matth. 18*): *Dimittam fratri peccanti usque septies? cui Christus Dominus: Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies*. Septimo die emissa est columba, et septimo mense requievit arca, et Spiritus sanctus sacro dierum expleto numero, missus est:

Quo mystico septemplex  
Orbis volutus septies,  
Signat beata tempora:

et septimo tandem die requievit Deus ab omni opere, quod patrat. Deinde si inter ea, quae fortificant castellum, fossa profunda annumerari solet; Deus Marianum castellum profunda humilitate, quia respexit humilitatem ancillae suae, tanquam profundissima fossa circumdedit. Fuit sane profunditas haec tanta, ut impetum, ac torrentem divini fluminis in se capere potuerit, Psalmographo dicente (*Psal. 45*): *Fluminis impetus lactificat civitatem Dei*. Ecce gratiarum fluentia memorat, non tenues rivus: impetus dicit ruentium aquarum, non torporem straticarum in eam defluxisse; et ut paucis multa dicam, tanta huius fossae fuit profunditas, tanquam abundantes diviorum charismatum aquae illam impleret, ut nulla suffossorum manus, quod aliquot maximis amnibus legitur contigisse, exsiccare coacto; nullusque, eius robustissimus notator, poterit natando illam trahere; quia fecit illi magna, qui ea potentia potens est, cuius abyssus multa, profunditas immensa, latitudo infinita, impetus insuperabilis, perpetuis gurgitibus redundans. Rursus si fortitudo ducis, et militum circumdantium arcem, fortem, et inexpugnabilem illam reddit; hoc fortitudinis genere minime caruit sacrum istud Mariae castellum, Salomone dicente (*Cant. 3*), quod ipsum *sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel: omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi*. Neque hoc tantum, sed ut eos, qui vi nequeunt vinci, fraude non fore capiendos insopitos significat, propterea addidit: *Uniuscuiusque ensis super femur suum, propter timores nocturnos*. Hi strenui milites Marianum hoc castellum circumdantes, et custodientes, angelicae mentes fuerunt, et omnes omnium saeculorum athletae fortissimi, coeli incolae, beati, quos sub nomine *sexaginta fortium* designari, sanctus Theodoretus, et Phyllo Carpathus (*in cap. 3. Cant.*) scripserunt. Fortitudinem autem invictissimi ducis, sui praesidiarii praefecti Marianum castellum custodientis, ille solus ignorabit, qui Christum Dominum Patris brachium, et fortitudinem esse non agnovit. Ipse quidem qui fuit architectus huius inexpugnabilis arcis, ipsius mansit dux, et propugnator, in-

mo intra thalamum virginalem se includens, iuxta illud:

Beata mater inunere,  
Cuius superius artibus,  
Mundum pugillo continens,  
Ventris sub arca clausus est:

humanitatis armis se induens, ac munius; postmodum cum daemone congressis, cuius tanta est fortitudo, et robor, ut Iob (e. 41) dicat: *Non est potestas super terram, quae comparetur ei, gloriosissime illum expugnavit, iuxta illud Genes. secundum versionem septuaginta Interpretum: ipsam, seu ipse conteret caput tuum*. In qua victoria, ut id transeunt dicam, tria praecipue non praetermittam observare ad haec Genesee elucidanda. Ecce non ait: *percutit, aut vulneravit, sed conterit*. Cui enim, aut os, quod percuterit, ut vulneratur, interdum sanatur; si autem conteratur, deinceps nunquam reparatur. Quibus non obscure nobis indicatur, ad extenuatas per Christum daemonis vires remanuisse, ut nulla unquam ratione eas restaurare possit. Secundo observo, quod non dixit contrivisse caudam diabolici serpentis, sed caput, quia serpens in cauda percussus, liber evadit; in capite vero contertus, nunquam resurgit. Tertio tandem observo, tanto illustriorem fuisse hanc victoriam, quanto potentior erat hostis devictus, quem ex hoc loco constat fuisse luciferum, quia serpens decipiens Evam, figurabat personam ipsius luciferi, qui erat caput daemonum, et principalis motor ipsius serpentis. Ideo dixit, contritum caput illius: *Ipsa conteret caput tuum*. Cum igitur tanta sit fortitudo Mariae huius arcis, atque invincibilis castelli, tum a fossa, tum ab strenuitate, et vigilantia militum illud circumstantium; tum a robore ipsius ducis illud custodientis; concedite quaeso, immortales gratias Deo agentes, inventam iam fuisse forte illam mulierem, quam Salomon anxie quaerebat, dicens (*Prov. 31*): *Mulierem fortem quis inveniet?* Celebrat Virgil. (1. *Aeneidos*) Camillam Regiam Volscorum, quae ad expugnandos hostes insigni fortitudine praedita esset:

Ilos super adventu Volscos de gente Camilla.  
Agmen agens equitum, et fulgentes aere catervas.

Sed cum Mariano robore haec Camillae fortitudo non venit comparanda, cum haec hominum copias, Virgo vero daemoneum catervas profligavit. Celebris etiam fuit Cleopatrae fortitudo, quae non contenta Syriae, et Arabiae obtinuisse dominum, Romanorum monarchiam armis nancisci tentavit, ut difficulta illa verba Proper. (*lib. 3*) indicant:

Ausa Iovi nostro latrantem apponere Antibus;

quasi dicat: ausa fuit non solum Romanorum stemmata delere, et propria sua ibidem subditore; sed et loco veri Dei latrantem canem adducendo constitit. Ad Mariae fortitudo longe hanc superat: siquidem loco diabolici

canis Cerberi animas per peccata dilanantis, appositum mansuetissimum agnum earum peccata delentem (Joan. 1): *Eccc agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Et loco falorum deorum, quos decepta gentilitas colebat, verum Deum incarnatum ex visceribus suis nobis prodidit. Ac tandem si Olympiadem, non ob aliam rationem, tanquam fortissimam foeminaem indicavi antiquitas, nisi quia peperit Alexandrum fortem adeo, atque acrem mundi expugnatores, ut sacra Scriptura de eo dicat (1. Mach. 1): *Silvit terra in conspectu eius; quanto quaeso maior Virginis fortitudo indicanda erit, quae nobis peperit divinum Alexandrum, Christum Iesum, qui non solum mundum devicit (Joan. 16): Confidite, quia ego vici mundum; non solum hunc mundum fugavit (Joan. 11): Nunc princeps loci mundi circietur foras; non solum Infernum confregit, ut canit Ecclesia: sed et coelum, quod omnibus erat obseratum, aperuit, et fortissimus eius seras reseravit.*

Ceterum, iam de fidelitate, a qua non medioerem hoc Marianum castellum laudem suam mutat, nonnihil disseramus. Certe cum fidelitas subditorum erga maiores ab obedientia originem trahat; consequens est, quod cum castellum hoc, Virginem adumbrans, in quo Evangelista dicit, Christum ingressum, Bethania vocetur, quae obedientiae domicilium interpretatur: non potuit in beata Virgine non magnopere splendere fidelitas, in qua mirifice praelegebat obedientiam, aretissimamque cum divina voluntate conformatio. Ut tamen clarior, fratres, eximia haec Virginis fidelitas vobis innotescat, illud exploratum habeo, quod licet Salomon dixerit difficile invenire fidelitatem (Proverb. 22): *Virum fidelem quis inveniet?* Et Paulus asseruit (1. Corin. 4): *Hic iam quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniat;* in Virgine tamen adeo viguit fidelitatis virtus, ut licet sacra eloquia quorundam fidelitatem extollant: nam de Abraham inquit (Eccles. 44): *Abraham in tentatione fidelis inventus est: et de David aiunt (1. Reg. 22): Quis in omnibus servis tuis, sicut David fidelis? immo de Moysse scribitur (Numer. 12): Moyses in domo mea fidelissimus est; hanc tamen tantam fidelitatem longa intercapedine superat eximia Virginis fidelitas erga Deum. Nam in primis in promissione Deo facta de virginitate servanda fidelis adeo extitit, ut nec matrimonio copulata virum cognosceret, aut etiam filium conciperet, et parturienti ulla ratione eam violaret; sed virgo in aeternum permansit. Deinde cum arcanum incarnationis abditissimum ei soli Deus credidisset, fidelem adeo se exhibuit, sententiae illius patris sui Salomonis non inscia (Eccles. 27): *Qui denudat arcanum amici, fidem perdit; et illius (Tob. 12): Sacramentum regis abscondere bonum est; ut cum acutissimum charissimi sui sponsi Iosephi dolorem non ignoraret, quem eam praegnantem videns, conceperat, numquam divinum hoc mysterium ei revelavit, quo et omnem contra se suspitionem amovere, et tristitiam illius in laetitiam convertere facile potuisset; quod sane excellentissimae suae fidelitatis argumentum fuit satis perspicuum. Unde d. Bernardus (serm.**

*de verb. Apocal.) ad hoc alludens, inquit: Sed in his omnibus, neque de ipso incarnationis dominicae sacramento quodecumque verbum fecisse reperies.* Rursus cum ab Elisabeth magnis laudibus extolleretur, ob coelestis charismata, Deum praefulebat, omnes illas laudes in quo convertit, nihil boni sibi arrogans; imo tanquam fidelissima suo Domino, a quo illa acceperat, nihil prorsus sibi servans; omnia sua bona in eum referebat: *Magnificat anima mea Dominum, et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillae suae. Deinde cum Virgini locupletissimus ille divini Verbi thesaurus in nostram omnium utilitatem fuisse traditus, fidelem adeo in eius communicatione se exhibuit, ut illum in praesepio omnibus exponeret; neque cum solum angelis in ortu eius, Gloria in excelsis Deo, canentibus ostendit, sed et humilibus pastoribus, et gentilibus Arabiae regibus manifestavit: Omnia misericordiae sinum aperuit, ait Bernardus, ut de plenitudine eius acciperent universi. Unde eius illa vox est: *Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, et a generationibus meis implemini.* Generationem filii sui vocat generationes, quia in una illa generatione, tanquam in causa, spirituales omnium nostrorum generationes latebant. Ostendit insuper beata Virgo in eo fidelitatem suam, quia cum proprium si fidelis amici sanum, et opportunum consilium amiro suo praebere; certe ipsa, tanquam fidelissima Christi amica, iuxta illud (Cant. 1): *Tota pulchra es amica mea: propra amica mea, et veni;* non semel consilium optimum praebuit filio suo, non quia ipse consilio indigeret, quia sapientia erat Patris, et in quo omnes thesauri sapientiae, et scientiae Dei absconditi erant; sed quia sicut a Virgine carnem accipere, et ab ea in infantia gubernari voluit, ita ab eadem consilium accipere in nostram doctrinam minime erubuit. Et enim docet divus Bernardus (sermone tertio de resurrectione Domini), cum Christus coepisset duodecimo anno aetatis suae divinitatis suae nonnulla argumenta proderi, publice cum doctoribus disputans in templo, eosque palam convincens; ex consilio Virginis id distulit usque ad trigesimum annum: verba divi Bernardi haec sunt: *Attende quid fecerit magni consilii angelus, quomodo consilium suum postposuerit consilio, vel magis voluntati mulieris unius, beatam Virginem loquor, et fabri pauperis, ipse est Ioseph. Inventus enim in medio Doctorum, audiens eos, et interrogans, quodammodo inceptus a matre est: Fili quid fecisti nobis sic? at ille: Quid erat, inquit, quod me quaeratis? Nesciebatis, quia in his, quae Patris mei sunt, oportet me esse? at illi non intellexerunt verbum; et quid fecit Verbum? non capiebatur in se, descendit illa, ut esset etiam subditus illis. Quis iam non erubescat obstinatus esse in consilio suo, quando suum sapientia ipsa deseruit? Sic mutavit consilium suum, ut quod iam tunc coeperat, ex tunc usque ad trigesimum aetatis suae annum prorsus dimiserit. Nihil enim ab hoc duodecimo anno de eius doctrina, vel operibus invenis usque ad annos triginta. Postea etiam in nuptiis Canae Galilaeae, cum Christus Dominus tri-**

ginta iam esset annorum, iterum consiliata est illum, ut iam prosequeretur manifestare gloriam suam. Unde deficiente vino stupendum illud miraculum conversionis aquae in vinum ab eo expositavit, dicens ei (Joan. 3): *Fili vinum non habent; quod sane consilium minime respuit ille, sed tanquam opportune sibi datum, matri suae subaudiens, aquam in vinum convertit, et manifestavit gloriam suam, ut ait Evangelista. Demum si ad fidelitatem amici pertinet, in adversis non deserere amicum, ut enim ait Salomon (Proverb. 26): *Omni tempore diligit, qui amicus est: et alibi (Eccles. 22): In tempore tribulationis illius permanet illi fidelis; insignis sane fuit Virginis fidelitas, quae Apostolis fugientibus tempore passionis, in cuius figuram Iob (cap. 6) dixit: *Et necessarii quoque mei recesserunt a me; ipsa ab eo non recessit; immo usque ad ultimum vitae alitum, quem in patibulo crucis emisit, illum est comitata, ut testatur divus Iohannes (c. 19): Stabat iuxta crucem Iesu mater eius.***

Sed perge iam quaeso de annona aliquid dicere, castellis, et arcibus adeo necessaria, ut illa deficiente, facile hostes ea demoliri possint. Hic panis non desiderabatur (Genes. 49): *Panis Aser, pinguis panis eius, et praebebit delicias regibus: et alibi (Sapient. 6): Habens enim delectamentum in se, et omnem suavitatem saporis; qui deserviens cuiusque voluntati, ad quod quisque vult convertitur.* Maria namque terra est benedicta, quae frumentum hoc lectissimum protulit; et panarium est fidissimum, in quo panis iste dulcissimus asservabatur; et clybanus est accensus, qui libum istud mellissimum Spiritus sancti excellentissimi dulcissimi opera insutum, et permixtum nono mense nobis exhibuit. Sed non ex solo pane vivit homo, potu indiget. In hoc castello fons signatus hortorum, puteus aquarum inexhaustus, cuius figuram praecessit putens ille viventis, et videtis. Nam ex Maria, quando venit plenitudo temporis, ipse auctor vitae, et qui omnia videt, omnia conspicit, omnia novit, et vivificat Deus; in ipsa fons aquae salientis in vitam aeternam, cuius amplissimi Tullii divinae gratiae ubertatem nunquam cessant effluere. Posset his duobus obsidio diu tolerari; verum non necessitati duxerat, sed et voluptati Deus, ut dicebam, voluit ire prospectum. Sapientia hic mensam suam proposuit: suam, non numulariorum in Dei templo, profanis contractibus, aut sacrilegis beneficiorum mudinationibus vacantium: has Christus subvertit. Mensam suam dicit: non mensam daemoniorum, cuius qui participes sunt, non possunt esse participes mensae Domini. Mensae daemoniorum sunt, quibus profecto nimis, o eburones, delectamini, protracta in cenam prandii, mensae illae Sicalae, et Asiaticae cum Persico apparatus, quas Isaias (c. 28) vocal: *Mensas vomitus, sordisque repletas; per quas, quod idem ait, sacerdos, et propheta nescierunt, prae ebrietate absorpti sunt a vino, erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignoraverunt iudicium.* Tollite, tollite has mensas: pollutum hospites, contaminant convivas. Fit haec mensa vestra coram vobis in laqueum, et in scandalum, et

in retributionem: fugite, fugite, accurrite, et accumbite potius huc mensae, quam in castello stravit sapientia: lautior est, atque laetior solis illa mensa fraudulenta, quam Aethiopes admittantur: deficientibus illis saepe cibaria, hic novae semper epulae, epulis ciborum succedunt:

Sumit menses, sumunt mille,  
Quantum iuris, tantum ille,  
Nec sumptus consumitur.

non haec Tafali mensa, quae inhiantem ludebat convivam: licet cuivis puro assidere, licet capere, licet saturari. Nec post saturitatem ira Domini super manducantes ascendit, ut olim, qui in deserto saepe orthometra explevere; qui hanc ritum manducant, vitam aeternam consequuntur (Joan. 6): *Qui manducant hunc panem, vivet in aeternum.*

Ad extremum, ex his omnibus liquido constat, huic Mariano castello minime deesse facultatem, et potentiam ad progredendum ad se confugientes. Et enim beatam Virginem alloquentes eleganter dixit Gregorius Nicomediae Archiepiscopus (orat. de caute. beat. Virg.), cum in templum fuit oblatus: *Nihil tuae resistit potentiae, nihil repugnat tuis viribus: omnia cedunt tuo iussu, omnia tuae potestati servantur.* Ad neque etiam voluntas eidem subveniendi illi deficiere potest: illud namque unum apertissimi commonstrat, quod in nuptiis Canae Galilaeae, deficiente vino, nempe ipsius Virginis auxilium implorante ad indigentiam illam sublevandum, ipsa prompte eis optulata fuit, conversionem aquae in vinum a filio suo exposcens: *Compassa est enim, inquit Dionysius Carthusianus (in Iona. cap. 7), reverendae sponsae, et sponsae, atque penuriae, seu indigentiae consensentium vestigia, affectuosissima, atque dulcissima Virgo; et si illorum corporali inopiae condolebat, et succurrebat, etiam non rogata, quanto magis nostrae spirituali indigentiae compatiatur, auxiliumque praebebit, si fuerit fideliter invocata? quod ulique facit ubertim nondum petita.* In huius figuram (Genes. 27) lego, quod nihil Iacob de primogenitura patris curante, immo nec cogitante, malitiae eius Rebecca mirum in modum de ea sollicita erat, variaeque media excogitabat, quibus illum filio suo oblineret: unde ei dixit: *Fili mi acquiesce consiliis meis: cui ille observans, licet alioquin multiplici iure primogenitura debita esset Esau; industria tamen sapientis Rebecca adeo praevaluit, ut tandem Iacob illam oblineret. Ita certe non semel accidit, ut te nihil de salute tua meditante, nihil de vulnere tuorum medela curante, nihil tandem de aeterna felicitate cogitante, pulchra Rebecca, beata scilicet Virgo, Genitrix Dei, et mater nostra sollicitam curam gerat, ut a peccati morte ad vitam gratiae revocaris, ne divinae irae furore percussus, penitus intereas. Unde in vita magui illius patriarchae sancti Domini-e vidisse legitur b. Virginem tuentem omnes ab ira Dei, tribus lancis universum percute, et interiree volentis. Si igitur b. Virgo non confugientibus illam, pro singulari sua pietate pa-*

trocinatur, uberius sane, et cumulatius invocantibus eam, et confugientibus ad illam optulabatur. Habet quidem peccator Deum offensum hostem, et inimicum pugnantem contra ipsum: quis defendat ab omnipotente vilissimum vermiculum, inermem homuncium? nemo potentius, quam illa, quae dicit (*Cant. 8*): *Ego murus, et ubera mea quasi turris; ex quo facta sunt coram eo, quasi pacem reperiens; quasi dicat: Cum respiciit unigenitus filius meus ubera, quae suxit, ventrem, in quo iacuit, sinum in quo non semel requievit, quasi murus sum, eius iacula impediens; unde continuo iram deposuit, inimicitias dissolvit, et cum homine reconciliatur. Nemo ergo sit cuiuscumque status aut sexus, qui in omnibus necessitatibus tam spiritualibus, quam corporalibus tribunal misericordiae illius non adeat cum fiducia, et viscera pietatis eius non invocet. Confugiant ad illam virgines, quia virginitatis vexillifera est. Confugiant nuptae, quia et ipsa nupta Ioseph fuit, et nuptis exemplar sobrie vivendi extulit. Confugiant viduae, quia etiam viduitatem sanctam coluit, et viduarum speculum se exhibuit. Confugiant religiosi, et sacerdotes omnes, quia divina sacerdotissa fuit, filium suum immaculatum agnum in ara crucis offerens; et religiosam perfectionem ineffabili modo sectata est. Confugiant nobiles, et illustres principes, et reges, quia et regina est, et ex regia Davidis prosapia orta. Confugiant plebei artifices, quia artificii fabri lignario in matrimonium fuit data. Confugiant tandem ad illam omnes viventes, quia mater est omnium viventium, et dives in omnes, qui invocant illam; qui propterea sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

## HOMILIA V.

*Variis animi conceptionibus multiplicique, tam humana, quam sacra eruditione explicantur verba illa Canticorum: Quae est ista, quae progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, etc.*

Si literalem sensum horum verborum scrutemur, praclare mihi videtur illa exposuisse doctissimus Honorius (*in comment. huius loc.*), dum putat, intelligenda de spirituali progressu, et augmento Ecclesiae catholicae. Cum enim aurora sit lucis initium, luna lucis incrementum, sol lucis plenitudo; apte satis de Ecclesia intelliguntur, quae lucis aurora fuit, quando initium dumtaxat legis naturalis, et divinae cognitionis habuit. Luna vero, quando sub lege scripta notitia crevit, licet umbratice, divinarum arcanorum, quia, ut inquit divus Paulus (*1. Cor. 10*), *omnia in figura continebantur illis*. Sol tandem fuit sub evangelicae doctrinae lumine, cum iam Sole iustitiae in Ecclesia emysphaerico praefulgente ac ignorantiae tenebras pellente, divinis fulgoribus ra-

diata abditissima mysteria Trinitatis, incarnationis, et Eucharistiae limpidius agnovit. Nec longe ab hac expositione abesse arbitror aliam divi Gregorii (*lib. 4. Moral. cap. 13*), dum docet, tunc auroram Ecclesiam fuisse, cum se peritidae tenebris in lucem fidei transtulit; cum vero praedicationis, et scientiae laude floruit, lunae crescentis, quae instar lunae crescentis, et decrecentis, invalescentibus haeresibus decrecebat; superatis vero crecebat, et plena erat. Ac tandem ait, tunc instar solis splendidissimi clarissimam futuram, cum profligatis erroribus, Heli, et Henoch iterum in mundum reversis, et praedicantibus, nullis iam amplius decrementis erit obnoxia. Verum ad sensum mysticum respiciens Bernardinus Busters. (*9. p. sui marialis ser. 2. assim. 4*), ad pulchritudinem Virginis verba illa refert, quia in die nihil est pulchrius sole: in nocte nihil pulchrius luna: in confinio diei, et noctis nihil pulchrius aurora: in certamine tandem, nihil pulchrius acie castorum bene ordinata. Sed addo, beatae Virginis apte convenire proverbium illud latinum: *Thyrsa pulchrior*. *Thyrsa pulchritudo* interpretatur. Unde sicut ad significandum aliquid summo candore praeditum, consuevit dici, *niro candidius*, ita ad exaggerandam aliquid pulchritudinem, simili phrase utebantur: *Thyrsa pulchrior*. Sed arbitror respectu Virginis, non esse exaggerationem, cum spiritualis eius pulchritudo omnem purae creaturae pulchritudinem longe excedat. Ruper. (*lib. penult. in Cant.*) de eadem Virgine perbelle illa interpretatur, in haec verba: *Quam pulcher ordo in ista tuae pulchritudinis, o beatissima, praedicatione? Primum consurgens, ut aurora: pulchra deinde, ut luna: deinde electa, ut sol. Quando nata es, o Virgo beata, tunc vera nobis aurora surrexit, aurora praenuncia dei sempiterni: quia sicut aurora quotidiana finis praeteritae noctis est, et initium diei sequentis, sic natiuitas tua, natiuitas ex semine Abrahae, clara ex stirpe David: ad quos cum iuramento Dei facta est repromissio benedictionis, finis dolorum, et consolationis fuit initium: finis tristitiae, et laetitiae nobis extulit principium. Quando autem Spiritus sanctus in te supervenit, et filium Virgo concepsisti, Virgo peperisti, tunc tu, et ex tunc pulchra pulchritudine divina: pulchra, inquam, non quomodocumque, sed ut luna, sicut enim luna lucescit, et illuminat luce non sua, sed ex sole concepta; sic tu, o beatissima, hoc ipsum, quod tam lucida es, non ex te habes, sed ex gratia divina, o gratia plena. Quando autem de hoc mundo assumpta, atque ad aethereum thalamum translata es, tunc tu ex tunc electa ut sol. Electa, inquam, nobis, quia sicut ex te natum Dei filium, solem verum, solem aeternum adoramus, et colimus ut Deum verum; sic et te honoramus, atque veneramus, ut vere Dei genitricem, scientes, quia totus honor impensus Matri, sine dubio redundat in gloriam filii. Et quidem non natura tu idem es, quod illo sol; sed nihilominus tanta es, ut te honoret ipse sol, honore, quo deest filium honorare parentes suos: qui enim dicit: *Honora patrem tuum, et matrem, non dubium, quin et ipse honoret, et ab**

*omnibus amicis suis veli honorari matrem*; haec Rupertus. Sed nos fusions singula haec epitheta in gloriam Virginis illustremus. Finxerunt olim poetae, ut auctor est Verderius (*lib. de imag.*), auroram equitare super Pegaeum equum, qui propter alas, quibus praeditus erat, non currebat, sed volabat. Id sane singularissimum est in beata Virgine, ut eius auxilium implorantibus velocissime optulerit; ut expertus fuit Theophylactus Oeconomus ecclesiae Adanensis, qui ad evitandam imminenti famiam, cum per publicam scripturam se daemone devinxisset, ac devovisset, poenitentia ductus, Virginem Matrem invocavit, quae continuo illum exaudiens, ei apparuit, et in tanto aeternae damnationis periculo ei subvenit; deindeque ille moriens accepta sacra Eucharistia, facies eius mansit instar clarissimi Phoebi rutilans. Quod si iidem poetae addunt, quod equus ille aurorae terram percutiens, repente inde prodiit fons Hypocrenae, qui Musarum fons nuncupabatur, ad significandum, ut inquit Verd. (*praecit. loco*), aurorae tempus aptius esse sapientiae amatoribus ad rerum cognitionem; faxit Deus, ut divina haec aurora praesto nobis sit auxilio suo ad sacra eius mysteria congrue reseranda. Finxit quondam Ovidius, quod cum sol suo proximus est ortui, aurora coeli fores aperit, quae quia sunt multis floribus indigne referatae, cum primum aperitur, in terram decidunt. Ita narrat Verderius (*lib. de imag.*), dicens: *Ovidius fingit, illam cum Phoebus est ex oriente proditurus, coeli fulgentes portas patefacere, quae recentibus rosis suis refertissimae*. Hoc certe proprium munus huius coelestis aurorae est, ut non solum coeli portas nobis aperiat, sed ipsa porta sit, per quam securum accessum habemus ad Deum, Ecclesia catholica dicente:

Intraut ut astra flebiles,  
Coeli fenestra facta es.

Haec porta a quocumque pulsatur, continuo instar portarum aurorae, coelestium donorum fragrantem rosas in illum effundit. Fingunt insuper poetae, auroram consurgere ex Oceano:

Surgit ob Oceano Tytonis fulgida comitax.

In hoc beata Virgo a reliquis omnibus sanctis valde discriminatur, quod illi consurgunt per generationem ex foetido oculo peccati originali; beata autem Virgo, instar aurorae, surrexit ex oceano limpidissimo divinae mihi, unde haec illius est vox (*Ecl. 24*): *Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo*. Circa quam illud observatio dignum censeo, non dixisse: *qui creavit me*; sed *qui creavit me*, cum aliquo certum sit, factam fuisse per generationem, et non per creationem. Arbitror hanc fuisse rationem, ni fallor, quod iuxta receptissimum philosophorum sententiam illud interest inter generationem, et creationem, quod cum creatio sit ex nihilo, nihil infectionis res creata accipit ex eo, quia quod purum nihil est, nihil inficere potest. Generatio autem, cum

sit ex praesupposita materia infecta, eius infectione foetus immaculatur. Ad significandum ergo, in eo beatissimum Virginem sanctos omnes longo intervallo praecellere, quod in eius propagatione nulla macula peccati originalis ei adhaesit, alii vero labem illam originale contrahant; idcirco non ait, *qui creavit me*, sed, *qui creavit me*. Atque ob eandem rationem beata Virgo (*Ecl. 24*) dixit: *Ego ex ore Altissimi prodii*; nunquid non proditit ex matre sua Anna? ut quid ergo inquit, se ex ore Altissimi prodixisse? pulo sane id dicere ad significandum, perinde puram, et immaculatam per generationem ab Anna prodixisse, ac si ex solo Dei ore prodixisset. Ac tandem, ut auctor est Virgilius primo Georgicorum, poetae commentantur, auroram proficisci a thalamo quodam, sole pulchriore, et purpura ipsa rubicundiore:

Ubi pallida surgit,  
Titoni crecum linquens aurora cubile.

Hoc sane eandem Virginis miram excellentiam in mente revocat: nam reliqui omnes sancti ex carne devocant, tetra peccati caligine obscurata; beata autem Virgo, licet per naturalem generationem descenderit, non tamen ex carne infecta, infectionem suam ei communicante: quod merito ita factum est, quia ipsa futura erat thalamus divini Sponsi, iuxta illud regii Vatis (*Psal. 18*): *Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo*. Sed mitto fabulosa, ad sacra, et vera me convertito. Idem regius Vates (*Psal. 73*) aurorae meminit in haec verba: *Tuus est dies, et tua est nox: tu fabricatus es auroram, et solem; tu perfectisti omnes terminos terrae, aestatem, et cer tu plasmasti ea*. Quo loco, quasi sub typo, et figura opis nostrae redemptionis spiritu divino illustratus agnovit. Quomodo enim dierum curriculum in quatuor dividimus tempora: hyemem, ver, aestatem, autumnum; ita in foetidem patris licet Ecclesiae catholicae aetates. In hyemem leges naturae, in quo Sol iustitiae minus se communicat, in ver legis Mosaycae, quo tanquam in arbore, cooperunt redemptionis mysteria generari, et fructus parturire. Sed tempus gratiae in adventu in aestatem, in qua fructus in lege promissi maturaverat: tunc sponsa Christi, quae olim sub umbra sederat, fructum dulcem gutturi degustavit. In autumnum tandem temporis antichristi in quo virentia foliae Ecclesiae arescent, immo et cadent. Duo tamen praesertim tempora nominat David, *Aestatem, et ver, tu plasmasti ea*, subindicans, Deum mirabilibus, quam reliqua tempora, haec duo condidisse, tempus scilicet legis scriptae, et tempus gratiae. Sicut et Apostolus (*Rom. 15*) ait: *Nox praecessit, dies autem appropinquavit*, id est, tempus gratiae. Tunc tu Domine fabricatus es auroram, et solem. Sol humanitas est Christi Iesu, qui est verus Sol iustitiae, de quo cecinit David (*Psal. 18*): *In sole posuit tabernaculum suum*. Ad cuius solis praesentiam factus est dies gratiae, et ab eodem sole illustrata est aurora, sacra inquam Virgo, de qua ait: *tu fabricatus es auroram*: cuius mirum splendorem mirantur angeli dicentes (*Cant. 6*): *Quae est ista quae pro-*



divinorum charismatum longo intervallo superavit. Nemini sane citius aurora illuxit, quam Iohanni Baptistae, qui *excaecavit infans in utero*, ut divus Lucas tradit (*cap. 2*). Nemini citius divinae gratiae pignus donatum, quam eidem, qui prius sanctificatus, quam natus fuit. Sed longe celeritas haec duo b. Virginii obvenit: nam Iohannes tuus sextum suae aetatis mensem alligerat, Evangelista dicente: *Et hic mensis est sextus illi*; at b. Virgo ab instanti suae conceptionis, et lumine rationis, et divinae gratiae munere praefulsit. Alii, etiam ipse Baptista, ante sanctificationem prius originali labe maculantur, peccato ipsos citius procurrente ad inquinandum, quam gratia ad sanctificandum; in beata autem Virgine e contra se res habuit, quia gratia divina omne genus peccati in ea anteverit, quo semper caruit. Reliquos sanctos a pueritia, ut plurimum, se Deo in sacris aedibus devovisse legimus; at b. Virgo ab infanzia, cum trimula esset, hoc est, trium annorum tantum, in Dei templo, ubi usque ad nubes ansum habitavit, se Deo sacrauit. Quid quod adeo fuerit constans, ac velox in virginitate colenda, ut tanquam virginum vexillifera, prima omnium de virginitate servanda votum emisit. Ad quod respiciens regius Vates dixit (*Psal. 44*): *Afferunt regi virgines post eam*: ergo ipsa praevit. Quid quod in divinis praeceptis exequendis, nulla unquam pura creatura celeriore, ac promptior se exhibuit. Voverat quidem virginitatem, sed Deo volente, ut nubere, annuit divinae voluntati, Iosephum quoque dilatione, in virum accipiens. Militur coelitus ei angelicus nuncius, conceptionem, ac parturitionem ei praenuncians, et consensum in eam ab illa exposulans, prouderit, et mature per interrogationem suam, re explorata: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* continuo nulla mora interposita assensit, in illa verba prorumpens: *Ece ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum*. Quid cum iam gravida divina prole, et ad celsissimam Dei matris dignitatem evecta, confestim ad inserviendum Elisabethae praegnantem se celeri gressu contulit, d. Luca dicente (*Luc. 2*): *Excursus Mariae, abiit in montana cum festinatione?* Quid quod herodianam persecutionem contra Christum orta, noctu accepta divina revelatione de recessu in Aegyptum, cogitat, et eadem nocte surgens absque ulla mora, in barbaram illam nationem iter arripuit, ut divinum, et humanam prolem ab Herodis saevitia incolumem servaret? Quid quod in via evangelicae perfectionis celeri adeo motu pergebat, ut quolibet charitatis actu tantum augmenti gratiae mereretur, quantum gratiae in dila praesistebat, quae celeritate nihil maius dici potest, cum unico momento temporis tantum spiritualis huius vitae spafium percurreret, quantum toto anteaetate vitae tempore praecurseret. Quid tandem, quod reliquorum omnium sanctorum vel nullus ad immortalem vitam hucusque in corpore surrexit, vel si quispiam eo favore donatus est, id nullo tempore post mortem obtinuit, ut illis accidisse putant nonnulli doctores, de quibus, a peritis monumentalis in morte Christi, Evangelista di-

xii (*Matth. 27*): *Et multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt*. At beata Virgo tanta celeritate iam iam defuncta surrexit, ut tertio post obitum eius die, instar filii sui, ad vitam immortalem in corpore fuerit ab eo revocata; et stipantibus angelis ad thronum eiusdem filii regio diademate coronata, et ingenti celeritate perducta. Quid tandem, quod ad dexteram Dei sedens, iuxta vaticinium Davidis (*Psal. 44*): *Astitit regina a dextris tuis*, peccatoribus auxilium suum implorantibus citius, ac velocius prae ceteris omnibus sanctis imperitur? Ut enim luna, ut astrologi demonstrant, omnibus planetis vicinior est terrae, atque adeo citius reliquis omnibus in eam influit, fovet, atque protegit; ita beata Virgo, instar velocissimae lunae, nobis proximior, et vicinior, velocius, ac celerius nostris necessitatibus opitulatur. Atque hinc divus Bernardus (*de nativ. Virg.*) peccatores hortatur, ut quantumcumque facinorosi sint, ad Virginem confugiant, eiusque patrocinium invocent: meliflora exhortationis illius verba haec sunt: *Ad Patrem verebaris accedere, solo auditu tertius ad filium fugebas, Iesus tibi dedit mediatorum. Quid non apud talem Patrem Filius talis obtineat? Exaudietur itaque pro reverentia sua: pater enim diligit filium. An vero trepidus, et ad ipsum? frater tuus, et caro tua est, tentatus per omnia absque peccato, ut misericos feret, hunc tibi fratrem Maria dedit. Sed forsitan et in ipso maiestatem vereare divinum, quod licet factus sit homo, manserit tamen Deus. Adlocutum habere vis et ad ipsum? ad Mariam recurre; pura siquidem humanitas in Maria, non modo pura ab omni contaminatione, sed et pura singularitate naturae; nec dubius, dixerim, exaudietur et ipsa pro reverentia sua. Exaudiet utique matrem filius: et exaudiet filium Pater. Ecce invitatis accedere confidenter ad Mariam: quod si recusas, caecae ne sis in hac vita piam matrem respicias, deinceps post mortem, diram novecam adversum te insipientem illam experiaris: ut enim dixit divus Matthaeus (*c. 24*): *In die extremi iudicii, luna non dabit lumen suum*; hoc est non solum materialis haec luna ab illuminando, et fovendo terram, sed et Maria mystica luna a fovendo, et protegendo peccatores penitus cessabit. Nunc splendens haec luna, inferiora haec benevolae aspectu praecipit: pressuris nostris occurrit apud filium: pro nobis orat, supplicat, et excusat, impetrat, reconciliat. In horrenda autem illa die, quae nox potius caliginosa dicenda est, fulgentissima haec luna non dabit lumen suum: fons ille misericordiae exsiccabitur, oceanus ille pietatis exsiccabitur; et quae commune peccantium refugium, miserorum auxilium, asylum errantium, pharus naufragantium esse agnoscebat, tunc immitem, diram, et immisericordem se exhibebit, benignitatis viscera exuel, sanguinem iracundiae spirare videbitur, ad vindictam peccatorum se armabit, aeternisque cruciatibus eos addicet. Unde sicul olim regina Esther, ut in libro eius legimus capite septimo, Iudaeos ad se confingentes a morte liberavit, et sententiam contra illos latam cancellavit, Aman vero impium coram hostem in*

crucem egit; ita regina Maria peccatores eam invocantes ab aeternae mortis damnatione eripit; impios vero, et in sua iniquitate pertinaces Amanes in hac vita ad illam confingere recusantes, non solum fovere ipsa recusabit, sed in eos acriter invehetur, illud prophetae Ieremiae (*c. 18*) sibi usurpans: *Recordare, quod steterim in conspectu tuo, ut loquerer pro eis bonum, et acerterem indignationem tuam ab eis. Propterea deduc eos in manu gladii*. Ne igitur fratres, irascentem hanc matrem in extremo iudicio ista dicentem audire cogamini, confugite, obsecro, nunc omnes ad Mariam, cum divo Bernardo dicente (*serm. de Assump.*): *Accipe quascumque exiles, quascumque meritis tuis impares gratiarum actiones, et cum susceperis vota, culpas nostras orando, excusa. Admille nostras preces intra sacerarium exauditionis, et reporta nobis antydotum reconciliationis. Sit per te excusabile, quod per te ingerimus: accipe quod offerimus; impetra, quod rogamus: excusa quod timeamus, quia nec potiores meritis invenimus quam te ad placandam iram iudicis, quae meruisti esse mater redemptoris, et iudicis. Succurre ergo miseris, etc.*

Ceterum, si officia pietatis, et misericordiae huius clementissimae pietissimaeque matris, quibus erga fideles ad se confingentes frequenter altitur, clarius cognoscere peroptatis, tertium solis epithelium, quo illam divinus Sponsus condecorat, attente quaeso perpendite (*Cant. 6*): *Electa, ut sol. Christus Dominus eximiam Dei misericordiam hominibus manifestam facere volens, dixit: Qui solem suum oriri fecit super bonos, et malos. Ad eundem ergo modum, ut declararet misericordiam, et beneficentiam beatae Virginis erga fideles, soli illam comparavit, dicens: electa, ut sol, quia instar solis, omnes fovet, omnes exultat, omnium sinum aperit, ut divi Bernardi verbis ulat (*serm. 4. de Assump.*). Unde ipsius David (*Psal. 86*) illa vox est: *Memor ero Rahab, et Babylonis, ac si dicat: licet a me auxilium expostulent lascivi, prophetae, ac scelerati homines, opem meam non continebo; sed instar solis, consuetae misericordiae radios in eos liberaliter diffundam*. Verba etiam sequentia, ut obiter id dicam, eandem maternam Virginis benignitatem, et misericordiam perspicue satis indicant, dum eam omnium miserorum hospitium esse regius vates praedicans subdit (*ibid.*): *Ecco alienigenae, et Tyrus, et populus Aethyopum, hi fuerunt illi; quasi diceret: ad illam, tanquam ad commune, et universale miserorum hospitium confugiant omnes peccatorum nationes. Ad eam invocandam veniunt Tyrii mercatores, Sydonii usurarii, libidinosi Aethiopes, hi fuerunt illi: omnes illos capit longitudo, ac profunditas Marianae charitatis. Quod si a Davide scisciteris, quid est, quod omnes confidenter adeo beatam Virginem ad eam ad varia beneficia ab illa obtinenda? Ipse ibidem respondet, quia, ubi nostra vulgata transferit: *hi fuerunt illi*, originale Hebraicum legit, ut divus Hieronymus, et Lyranus adnotant, *iste natus est ibi*: quasi dicat: ideo confidit ad illam confingunt peccatores omnes, quia credunt, Christum conceptum**

in ea, ac veram Dei matrem esse; et consequenter potentior prae ceteris ad impetrandum ab eo quicquid ei postulerit. In cuius figuram legitimus (*3. Reg. 2*), quod cum Adonias cuperet certum quendam favorem a rege Salomone sibi impendi, ipsius regis matrem a-didit, iudicans nullam, quam matris, efficacior intercessionem esse. Sed nec silentio praeteribio Ionatae paraphrasim, id referente Genebrardo (*in Ps. 86*) qui praedicta verba in haec vertit: *He rex unctus, et magnificus est*. Quaeritis a me rationem, quare omnes indiscriminati in multa fiducia Virginis opem implorant? ecce respondeo, rationem esse, lum quod in utero eius rex gloriae fuit unctus oleo, non materiali instar aliorum regum, sed oleo misericordiae, ex quo non potuit mater eius eodem oleo non manere lota perfusa. Tum quod magnificavit illam Deus, non solum magna in Virgine operans; sed magna mortalius per Virginem beneficia conferens. Longe certe aliter visus fuit Christus a Iohanne ac videtur a Virgine: ab illo visus fuit habens ensem evangelicum in ore ad feriendum peccatores; at in Virgine visus est unctus oleo, quod misericordiae symbolum esse noscitur, et eorum ulcera medicanda. Unde ipsius illa vox est (*Iosue 6*): *Rahab meretrix erat*. Super quae verba divus Chrysostomus (*hom. 3. de poenit. tom. 5*) perbelle dixit: *Respicere veras clementiae praedictorem. Qui in lege dicit: non mocheberis, verbum transmutans de clementia, clamat per b. Iosue Nave: Rahab meretrix erat*. Iesus ille qui dicebat: *Rahab meretrix erat*, imago erat, ut mihi videtur, expressa Domini Iesu dicentis (*Matth. 21*): *Meretrix, et publicani, perveni in vos regnum Dei*. Sed dice mihi Domine Iesu, si vivere debet, quare meretrix? et si meretrix, quare vivet? quia proprium est mihi misereri semper, et parere.

Solem poetae, ut auctor est Ennius, propter splendorem eius, album nuncupabant:

Lutera sol albus recessit in infera noctis.

Beatae Virginis candor solis candorem, seu splendorem in eo singulariter persimilis esse perhibetur, quod ille nunquam ab eo recedit, in quo valde a luna discernitur: nam haec cum per interpositionem terrae inter ipsam, et solem, a quo candorem, et splendorem suum mutuat, eclipsatur, necesse est tunc amittit illum. At quia sol non aliter eclipsatur, quam ex eo, quod non impeditur ab aliquo corpore intereante, eius claritatem intueri, nihil sui candoris, et splendoris amittit. Hoc igitur discernit intueor inter Virginem, et omnes, quod non eclipsatur, instar lunae per interpositionem alicuius terrestriis affectus, per quem gratiae candorem amittimus, quem a Sole iustitiae, qui candor est lucis aeternae, participabamus; ad beata Virgo, instar solis, non eclipsatur in ore lucis suae candorem amittens; sed in Haereticis tantum, qui terra errorum calcigne inter ipsos, et Virginem intereant, extimium lucis illius candorem non vident, Davidica maledictione eos comprehendente (*Psal. 113*): *Oculos habent, et non videbunt*. Faustus

affirmat, solem non semel frementes maris voraces compescente, et insurgentes eius tempestates sedasse:

Fulgidus, ut pulsa sol tempestate, serenat.

Idque confirmat Maiolus in suis canicularibus colloquiis dicens, id saepe experientia comperit fuisse, immo, et divus Ambrosius consensit, dum cecinit:

Hoc nata virgo colligit.  
Pontique mitescent freta.

Quis quaeso ignoret, quot ante partum Virginis procellis huius mundi turbulento mare fuerit conquassatum? Diluvii inundationem tempore Noe ignem, et sulphurem de caelo cadentem tempore Lothi: pestem per mille regiones grassantem sustinuit; et quod deterius est, idololatricae cultui miscere erat quasi universis orbis addictus. At beata Virgo Christum enixa, continuo instar solis, tumentes huius maris fluctus compressit, et idolorum cultum extinguens, universum orbem sedavit. Quod si verum est, quod Plinius (lib. 2. cap. 103), immo et divus Basilus (in exam. hom. 2) tradunt, quod si, ingruente maris tempestate, oleum inter fluctus maris effundatur, confestim furorem eius mitescat, et leniat; consequens est, beata Virgo inter undas huius frementis maris Christum Dominum effundente, de quo sponsa dixit (Can. 1): *Oleum effusum nomen tuum*, continuo illud sedandum, ac pacandum fore.

Deinde, sicut ea est claritas solis, ut non solum inferiora haec micantibus suis radiis illustret, sed et superiora, etiam caelestia illuminet. Unde auctor (lib. de propriet. rer.) ait: *Sol in medio signiferi incendens, bisseos radios emittit, quibus superiora, et inferiora illuminantur*; ita b. Virgo, instar solis, non solum inferiorem hanc Ecclesiam militantem fulgentissimis doctrinae, et sanctitatis suae radiis illustrat, et instar eiusdem coloris detegit, faciens nos discernere bonum a malo, et falsum a vero. Unde Alexander de Ales (super Psal. 18) dixit: *Sol dicitur b. Virgo, quia sicut sol illuminat; et ipsa quia abstulit omnes haereseis mundi, sicut cantat Ecclesia: Gaude Maria Virgo, cunctas haereseis sola interemisti in universo mundo*. Non solum, inquam, id praestat, sed et superiorem, et triumphantem Ecclesiam miris fulgoribus micans vultu suo irradiat; ut non immerito in illam conveniant verba Ecclesiasticæ (c. 26): *Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieri bonae species in ornatu domus suae*.

His addo, quod sicut solare astrum vehementem adeo calorem producit, ut si lignum siccum, vel stuppam contra speculum concaevum apponas, solis radiis exposita, continuo inflammetur, et comburatur, ut longa, et quotidiana experientia satis comprobat; ita beata Virgo mentes puras, ac sibi devotas, quae suat, velut specula tersa, et munda in Dei dilectionem inflammant, ob idque *Mater pulchrae dilectionis* vocatur.

Tandem quia longissimum esset, et ab in-

stilitio meo alienum, prosequi velle omnes solis proprietates, effectus, et munera, quibus persimilia alia in Virgine reperitur, contentus ero paucis hoc loco ex prisorum doctorum monumentis illa indicare. Divus Ambrosius (in exam.) inquit: *Sol est mensura mundi, iucunditas Dei, pulchritudo caeli, celsura temporum, virtus et vigor omnium nascentium, domus planetarum, decor et perfectio omnium stellarum*, et Marius Philosophus, ut refert auctor incognitus (lib. de prop. rer.) dicit: *Sol est principium lucis, rex naturae, mens mundi, fulgor olympi, et moderator firmamenti, et Plato (in Timaeo) ait: Sol a Deo factus est, quasi conditor rerum*. Ad quod alludens Aristoteles dixit: *Sol, et homo generant hominem*: et historia Scholastica (c. 4) vocat solem, *fontem perennem totius luminis*. Divus Dionysius (lib. de divin. nomin. cap. 5) addit, quod non solum illuminat, sed etiam renovat, nutrit, custodit, perficit, discernit, unat, refecit, fovendat, auget, mutat, collocaat, plantat, renovet, et vivificat omnia. Quae verba exponens ibidem commentator subiungit: *Sol in sua substantia habet summam simplicitatem, ac perpetuam permanentiam, ac incorruptibilitatem, summam ad motum habilitatem, et agilitatem, summamque actitatem, et virtutem*; laetique ibi relatos omnes effectus elucidat, et illustrat. Sol item oritur ex alto, magno fulgore coruscans: omnium planetarum pulcherrimus est, et ideo aspectu valde delectabilis: inaequax est omnis peregrinae impressionis, terrae utilissimus agnositor, auri, et argenti mineralia, ac preciosas gemmas in ea producit, et consolidat debilia, dura liquefacit, instar homologi regulat actiones hominum, et ut Macrobius testatur, cum sit oculus maior tota terra, propter celsitudinem sui loci vix bipedalis appareat, et in eius conspectu visus humanus decipitur, cum maior in orto, et occasu sibi videtur, quando ab eis magis elongatur, quam in puncto meridiei, cum propinquior ei sit. Quae omnia excellentius, et cumulatis in beata Virgine quam in sole reperiri non dubitat Salomon (Sapient. 7), cum de illa dicat: *Haec est speciosior sole*. Unde verba illa Davidis (Psal. 103): *Ortus est sol, et congregati sunt, et in cubilibus suis collocabuntur*. *Exibit homo ad opus suum, et ad operationem suam usque ad vesperam*, Virgini, quam sponsus solem appellat, *Electa ut sol, perfectius quam ipsi soli quadrant*. Orta enim Maria, ortus est sol, et tunc congregati sunt, scilicet daemones, et in cubilibus suis collocabuntur, quia ad inferna abire illos coegit, ne nos infestarent, iuxta illud (Nahum 3): *Ortus est sol, et evolverunt locustae*. *Exibit homo ad opus suum, quia ad bene operandum pia mater expeditus, ac promptus reddit eius servituti addictus, Et ad operationem suam usque ad vesperam, quia perseverantiam in bonis operibus usque ad vesperam mortis efficaciter eis impetrat, quo nihil utilius exogitari potest.*

Ad extremum iam tempus est, ut de quarta acie bene ordinatae praecleara, et honorifica nomenclatura nonnihil dicamus (Cant. 6): *Terribilis ut castrorum acies ordinata*. Salomon

dixit (Proverb. 31) de femina proba, quod Virgini apte satis congruit: *Fortitudo, et decor indumentum eius*. Decor certe solis, quo velut indumento ornata vidit Ioannes beatam Virginem: *mulier amicta sole*. Fortitudo vero aciei bene instructae, et ordinatae, quae pavorem solo suo terribili aspectu hostibus incutit, *terribilis, ut castrorum acies ordinata*. Symmacus: *terribilis cum acie*. Sexta editio, *terrefaciens inter eas, quae sunt magnificatae: alii terribilis, ut acies instructa: alii tanquam adventus splendoris; ac tandem originale hebraicum: terribilis, ut vexillata castra*. Adeo daemones Virgine exhorrescunt, ut ululantes clamitent illud (Gen. 32): *Hec, heu quia castra Dei sunt haec*. Cladius Minote (emblem. 70) narrat Turgis formidabilem adeo fuisse christianum, ac fortissimum ducentem, Uniadem nuncupatum, ut multis etiam post obitum eius transactis annis nutrices, ad iocundum infantibus, et pueris timorem, et tremorem, dicere consenserent: *ecce venit Uniadem*. Non dissimiliter beata Virgo venerarum principibus adeo formidabilis est, ut non solum ad eius aspectum, aut ad eius figuram, sed ad solum nominis Mariae auditum, fremant, et taceant, Bernardo (sup. miss.) dicente: *Non sic timent hostes visibiles quamlibet castrorum multitudinem copiosam, sicut aerae potestatis Mariae patrocinium, vocabulum, vel exemplum*.

Claudo tandem totum hunc orationis nostrae discursum, velut fulgentissimo diademate illum coronans, disertissimi patris, et pietissimi doctoris Guilielmi expositionem opportuno apponens hic alterius loci huius nostri persimilis: (in cap. enim 6. Cant.) elucidans verba illa: *Pulchra es amica mea, suavis, et decora sicut Hierusalem, terribilis, ut castrorum acies ordinata*, ait: *Vox dilecti est alloquentis dilectam*. Vox, inquam, pia Iesu blande alloquentis, leniterque mulcentis piam matrem suam, quippe nec assumptus in coelum, sedensque ad dexteram Patris, dulcissimus eam filius deserebat, sed ei rugiter a dextris, et a sinistris assistens, ditino quodam, secretoque susurro, intus cum materna conscientia diserebat. Et quidem ipsa circa novam eius plebem, pia solitudine catagens, nunc cum sodalibus eius, idest sanctis Apostolis: nunc vero cum fratribus Hierusalem, idest novitibus fidei sacra, et aedificatoria foris miscelabat eloquia. Interea illi intus a filio dicebat verbum absconditum, et quasi furtive suscipiebat aure interiori venas susurri eius, et gaudebat propter vocem sponsi dicentis: *Pulchra es etc.* Amicam appellat more solito familiariter blandiens; atque eximiam dilectionem, qua in eum illa flagrat, praeclear commendans. *Pulchram dicit, et suavem, et decoram, et terribilem: quatuor sane cardinalibus virtutibus, quibus bene vivitur, illam excellenter poltere insinuans*. *Pulchram dicit, propter iustitiam: suavem propter prudentiam: terribilem, propter fortitudinem*.

*Pulchra, inquam, dicitur propter virtutem iustitiae, quae nimirum animi pulchritudo est; nam pulcher, et gratus est talis animus oculis divinae maiestatis, sicut propter iniustitiam deformis, et foedus.*

*Suavis dicitur propter virtutem prudentiae, quae nimirum non tantum sapienter, sed et suaviter, et tanto suavior, quanto et sapientius operatur. Unde sapientiae specialis, et praecipua laus est, quod disponat omnia suaviter.*

*Decora dicitur propter virtutem temperantiae, quae castigat animae simul, et carnis motus indecoros, quantum per illam anima est decora, hoc est immodicus a decore, et turpiter diffuans.*

*Terribilis dicitur propter virtutem fortitudinis, quae dum hostiles impetus constanter tolerat, hostilem audaciam potenter froenat, iuxta illud Apostoli Iacobi (cap. 4): *Resistite diabolo, et fugiet a vobis: tanta est fortitudo Virgini, cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum*. Amen.*

## HOMILIA VI.

*Serpenti, navi, et aquilae in sublime volanti beata Virgo comparatur. Volasse autem ostendimus duabus alis vitae aetivae, et contemplativae; et instar aquilae dum volavit, oculos suos non avertisse a filiorum tutela; nonnullaque alia aquilae propria beatissimae Virgini in coelum assumptae adaptantur.*

Inter alia non pauca, quibus beata Virgo a sanctis Patribus comparari solet, aquilae certe comparatio minime postremum locum sibi vindicat, tum ad elucidandum praesens gloriosae assumptionis argumentum, tum ad exprimentum beneficia, quibus in coelum assumpta, nostram indigentiam locupleat. Salomon (Proverb. 30) tria sibi asseruit esse valde difficilia: *Colubrum super petram, viam navis per mare, et viam aquilae per aera volitantis*. Haec si materialiter, et secundum corticem literae accipiatur, nemo sane mentis inficiabitur, difficilia non fuisse cognitum sapientissimo Salomoni, cuius tanta fuit rerum naturalium cognitio, ut de illo (lib. 3. Reg. cap. 3) scriptum sit: *Deum dedisset illi cor sapiens usque adeo, ut nemo ante illum similitis fuerit, nec post eum futurus sit*. Oportet ergo intelligatur in sensu mystico. Multi Patres, quos non secuti sumus (sup. lib. 7), ad Christum Dominum illa referunt; non modo in Mariam etiam convenire posse arbitramur: fuit enim instar serpentis ab infantia singulari praedicta praedia, implens illud (Matth. 10): *Estote prudentes, sicut serpentes*. Nec mirum, si serpentem vocemus matrem, cuius filius se serpenti comparare non exhorruit (Ioan. 3): *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltavit oportet filium hominis*. Maxime quod cum Virgo contriverit caput antiqui serpentis, et mos increbuerit, ut victor nomen victi accipiat, Africanus, Asiaticus, Germanus; inde illi, convenienter satis esse, ut quae victrix antiqui serpentis fuit, ipsius serpentis devicti nomine insiguiatur. Ex alio etiam capite non